Caput ihesu cor me⁹ man⁹.
Pes et corpus vigor sanus
Sapor dulcis odor bonus.
Paratur hominibus.
Hic reparat pia cura.
Sua morte et lesura.
Membra passa nimis dura
Purgatis criminibus.
Semper nos facit sitire.
Appetere concupire.
Ut valeamus sentire.
Sui inherentiam.
Ihesus pulcher in decore.
Summe bonus in valore.
Mitis leuis in dulcore.
Promis ad clementiam.
Ihesus rex gloriosus.
Ihesus forma speciosus
Ihesus lingua graciosus.
Et mirandus opere.
Ihesus fortis amorosus
Ihesus pugil vigorosus.
Ihesus donis copiosus
Et gaudet tribuere.
Ihesus pie viscerosus.
Ihesus ductor luminosus.
Ihesus est deliciosus.
Et sapit dulcissime.
Ihesus forma graciosus
Ihesus mire fructuosus.
Ihesus totus virtuosus
Fouet suos optime.
Summe potens in vigore.
Summe celsus in amore.
Admirandus in valore.
Omnem laudem obtinet
In sciendo cuncta capit.
Diligendo corda rapit.
Et illata retinet.
Eya nobis nomen gratum.
Dulcis ihesus appellatum
Sic in corde sis firmatum.
Ut non possis exire.
Hoc reatum peccatorum
Tollat prestet iubilorum
Edas atqz beatorum.
Donet nobis perfrui. Amē

Secundum matheum.

In illo tpe. Apparuit angelus dñi in sompnis ioseph dicens. Noli timere accipere mariam cōiugez tuā. Quod enim in ea est. de spū sancto est. Pariet autē filiū et vocabis nomen eius ihesum. Ipse enim saluū faciet populū suuz a pctis eorum.

Offerto. In nomie meo demonia eicient linguis loquētur nouis serpentes tollent et si mortiferuz qd biberint nō eis nocebit super egros manus imponēt, et bñ habebunt. Secreta.

In veneratione dilectissimi nomis filii tui dñi nostri ihesu xpi tibi deus pater miaꝝ deuotis. mentib⁹ hostias imolamus supplicicter